Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uiet · uarune si conductum uenerit pro uerrede opis suu · Si seduxerit quis uirginem nec dum desponsatam · dormierit q̃ cum ea · dotabit eam · et habebit eam uxorem · Si pater uirginis dare noluerit · reddet pecuniam iuxta modum dotis quam uirgines accipere consueuerunt · Maleficos non patiaris uiuere · Qui coitum habuit cum iumento morte moriatur · Qui immolat diis occidetur · preter domino soli · Aduenam non contristabis neq; affligis eum · Aduene enim et ipsi fuistis in terra egypti · Vidue et pupillo non nocebitis · si lesueritis eos · uociferabuntur ad me · et ego audiam clamorem eorum · et indignabitur furor meus · et percutiam uos gladio · et erunt uxores ueruidue · et filii uestri pupilli · Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi · qui habitat tecum · non urgebis eum quasi exactor · nec usuris opprimes · Si pignus acceperis proximo tuo · accepis uestimentum · usque solis occasum · reddes ei · Ipsum est enim solum · quo operitur · in dormitorio carnis suae · nec habet aliquid aliud in quo dormiat · Si clamauerit ad me exaudiam eum · quia misericors sum · Deos non detrahes · et principi populi tui non maledices · Primitias · tuas et primicias · non tardabis offerre · Primogenitum filiorum tuorum dabis michi · De bobus quoq; et ouibus similiter facies · Septem diebus sit cum matre sua · die octauo reddet eum michi · Viri sanctificetis michi · Carnes quod a bestiis

fuerint presumpte · non comedetis · sed proiicietis canibus · Non suscipies uocem mendacii · XXII

Non suscipies uocem mendacii · nec iunges manum tuam · ut pro impio dicas falsum testimonium · Non sequeris turbam ad faciendum malum · nec in iudicio plurimorum acquiescens sententie · ut auerto de uiis · Pauperis quoq; non misereberis in iudicio · scilicet contra iusticiam · Si occurreris bouui inimici tui aut asino errantem · reduc ad eum · Si uideris asinum odientis te iacere sub onere · non pertransibis · sed subleuabis cum eo · Non declinabis a iudicio pauperis · Mendacium fugies · Innocens et iustum non occides · Contra aduersarium tuum munus non accipies · munera excecant enim etiam prudentes · et subuertunt uerba iustorum · Peregrino molestus non fueris · scitis enim aduenarum animas · quia et ipsi pegrini fuistis in terra egypti · Per annos sex seminabis terram tuam · et conuertabis fruges eius · Anno autem septimo dimittes eam · et requiescere facies · ut comedant pauperes populi tui · et quidquid reliquerint edant bestie agri · Ita facies in uinea et in oliueto tuo · Sex diebus operabis · et septima die cessabis · ut requiescat bos · et asinus · et refrigeretur filius ancille tue · et aduena · Omnia que dixi uobis custodite · et nomen externorum deorum non iurabitis · neq; audietur ex ore uro · Tribus mulb;